



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XII. Die Markgrafen Otto und Albrecht von Brandenburg kaufen dem Grafen Helmold von Schwerin das Obereigenthum über die Lehen der Edlen Herrn zu Putlitz ab, im Jahre 1275.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

super XX. pio donamus affectu, accedente ad hec plena voluntate Capituli nostri pariter et consensu. Et ut hec donatio firmiter appareat et subsistat, hanc paginam sigilli nostri et capituli nostri munimine roboramus. Datum Havelberg, anno gracie MCCLVII. XV. kl. Febr., Pontificatus nostri anno XII.

Vgl. Rudloff, Cod. dipl. hist. Megalop. I, 42. 43.

XI. Des Grafen Heinrich von Dannenberg dem Grafen Helmold zu Schwerin erteilte Erklärung über den Besitz der Burgen Grabow und Merniz, vom Jahre 1275.

Nos Hinricus, dei gracia comes de Dannenberge, omnibus presentes litteras inspecturis cupimus esse notum, quod nos cum Nobili viro domino helmoldo, comite zwerinensi, dilecto consanguineo nostro, convenimus et placitavimus in hunc modum. Nos siquidem municionem nostram in Merniz et omnia bona nostra, sita in ipsa villa, tam libera et in pheodata, exposuimus iam dicto comiti Helmoldo pro quinquaginta et sex marcis puri argenti, hac interpolata condicione, quando nos rehabuerimus ciuitatem et castrum in Grabowe et hereditatem nostram, tunc, si eidem Comiti perfoluerimus pecuniam memoratam, nobis representare debet predictam municionem nostram cum ipsis bonis. Si vero contingeret nos non posse rehabere nostram hereditatem iam predictam et municionem in Grabowe, tunc memoratus comes Helmoldus statuere debet duos de suis hominibus, et nos totidem quoscumque voluerimus statuemus, qui taxare debent valorem ipsius municionis et bonorum in Merniz et secundum eorundem estimationem eadem perfoluere repromittit, ita ut deinceps in sua maneat potestate, quos et nos resignabimus ad manus suas cum de sua fuerit voluntate. Nos eciam super prehabitis placitis de ipsa municione Merniz iam dictum comitem Helmoldum et suos compromissores ab omni promisso dimisimus liberos et solutos et litteras suas super eisdem placitis eidem promissimus representare. Super hac memorata pecunia et placitis prelibatis nobis et Johanni de molendino ad manus nostras Idem Comes Helmoldus promissit fide data et promiserunt cum ipso Richardus, canonicus Zwerinensis, Dominus Johannes Man et Dominus Gargeviz, fidei sponsione ita, quod si defectus aliquis fuerit in premissis, pro ipso intrabunt Zwerin non exituri, nisi de nostra fuerit voluntate. Nos etiam iam predictis domino Johanni Man et domino Gargeviz ad manus sepedicti comitis de Zwerin memoratam municionem et bona premissa in Merniz iure porreximus pheodali in forma prescripta. Ut autem factum nostrum et ordinacio premissa stabilis perseveret, presentes litteras nostras in testimonium conferri iussimus et sigilli nostri robore communiri. Datum in Zwerin, anno gracie M^o. CCLXXV^o. sexto ydus Marcy.

Nach dem im Großh. Mecklenb. Geh. u. Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Originale.

XII. Die Markgrafen Otto und Albrecht von Brandenburg kaufen dem Grafen Helmold von Schwerin das Obereigenthum über die Lehen der Edlen Herrn zu Puttitz ab, im Jahre 1275.

Nos Otto et Albertus, dei gracia marchiones Brandeburgenses, recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod mediantibus aunculis nostris karissimis Alberto et Johanne de Brunswic ducibus, inter nos ex vna et Helmoldum comitem Zwerinensem ta-

liter exiit placitatum ex parte altera, quod ipse Helmoldus comes pueris domini Johannis dicti Gans felicitis memorie talia bona, qualia pater eorumdem puerorum in possessione sua habuit, contulit iusto titulo pheidali. Ceterum omnia bona, que strenui milites dicti Gans a comite sepedicto tenuerunt in pheidio, ab ipso comite emimus pro bonis infeodatis, ita tamen, quod pro marca argenti infeodata marcam argenti, pro talento infeodato talentum, pro choro pise infeodato triginta solidos, pro choro siliginis infeodato talentum, pro choro ordeï infeodato talentum et pro duobus choris auene infeodatis talentum dicto comiti denariorum Brandeburgensium persoluemus, et quicquid frustra in terra Perleberge libera nunc fuerint, pro singulis frustis dicto comiti persoluemus estimationem decies hic expressam. Similiter et de bonis terre Lentfin comprehensis in distinctione terminorum per ipsum comitem et nostros homines adhuc facienda modis premisis volumus de frustis singulis obseruari. Huius vero pecunie terciam partem dicto comiti soluere debemus in festo beati Martini proxime nunc venturo; item terciam partem ei persoluemus in purificatione beate Marie proxime nunc instanti; vltimam vero partem terciam in festo beate Walburgis virginis abinde proxime sequenti sepedicto comiti debemus integraliter persoluisse. Super predictis omnibus et singulis modis premisis hincinde firmiter obseruandis presentem litteram conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Verum si pecunia antedicta temporibus preactis non solueretur comiti prelibato, milites infrascripti, qui pro ea promiserunt, Perleberge intrabunt, nullatenus exituri, nisi de comitis fuerit voluntate; nomina autem militum sunt hec: Arnoldus de Jagow, Hermannus de Boyster, Conradus de Gotberge, Fridericus de Hagenow, Henricus de Plote, Johannes Krüger, Johannes de Cummelosen, Fridericus de Bandov, Johannes de Stendal, Johannes Podevos (Rodevos?) cum quibus promittent adhuc decem milites in crastino beati Johannis baptiste proxime nunc venturo in loco, qui Hunrelant vulgariter appellatur; verum si aliquem predictorum militum uel aliquos mori contingeret, quod absit, loco illius alium substituere debebimus eque dignum. Actum et datum Delflage, anno domini M^oCC^oLXXV^o, XV^o kalendas Junii.

Diese Urkunde, deren Wiederabdruck hier nach Risch's Abdrucke des Originäles (die verwandtschaftl. Verbindungen des ältern Hauses Gans von Putlitz mit altfürstl. Geschlechtern S. 21) besorgt ist, konnte Bd. I, 296 nur in einer fehlerhaften, auch das Datum (16. statt 18. Mai) falsch angegebenden Uebersetzung mitgetheilt werden.

XIII. Die Grafen Helmold und Nicolaus von Schwerin bezeugen unter Zuziehung ihres Schwieger Sohnes (generi) Johann Gans von Wittenberge eine Lehnresignation, im Jahre 1281.

Nos Helmoldus et Nicolaus, dei gracia comites Zwerinenses vniuersis, ad quos littere presentes peruenerint, cupimus esse notum publice protestantes, quod honestus miles dominus Ludolfus dictus Hafencop et Gheroldus dictus Molendinarius, cuius Zwerinensis, pheidales nostri, bona, que a nobis in villa Driberg tenuerunt iusto titulo pheidali, nobis ad manus sanctimonialium ecclesie beati Johannis ewangeliste in Lubeke libere resignauerunt, presentibus testibus ydoneis, genero nostro, domino Johanni dicto Gans de Wittenberge videlicet, et domino Molzan, domino Virico de Blucher, domino Friderico Hafencop, domino Conrado capellano nostro, canonicis Zwerinensibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Vt autem predictis sanctimonialibus nulla in posterum inde possit calumpnia suboriri, presentem paginam sigillorum nostrorum ap-